

13. *Aiphanes Weberbaueri* Burret nov. spec. — Caudiculus usque 1 m altus, oblique ascendens, in partibus junioribus aculeis longis, atro-brunneis armatus. Petioli fragmentum 30 cm longum visum, aculeis nigris, usque 6 cm fere longis, numerosis praeditum, fere glabrum, album, supra levissime fusco-furfuraceum, setulis parvis, flavidis. Laminae rhachis ad basin tantum aculeata, apicem versus setulis parvis, flavidis praedita, ceterum fere inermis, glabra, supra laminae bifurcationem in filum producta. Lamina 1,15 m longa. Segmenta apicalia ambo tantum nervis primariis 5 percurta, rhacheos 4—5 cm amplectentia, angulum acutum includentia, in margine interiore 7,5 cm longa, ad apicem 3,5—6,5 cm lata, oblique praemorsa, denticulata, reliqua omnia uninervia utrinsecus 18—20, valde irregulariter, per greges disposita, spatiis nudis longis interjectis, segmenta apicalibus sequentia iis aliquanto angustiora, media majora circ. 21 cm in costa media, 24 cm in margine superiore producto longa, ad 4,5 cm superne lata, omnia tenuia, longitudinem secus haud plicata, utrinque viridia, subtus i. s. vix pallidiora, saepe subtus supra basin in costa media aculeo valido unico, utrinque in facie et in nervulis setis sat numerosis, brunneo-flavidis, longioribus et brevibus praedita, in margine superiore nonnihil caudato-producta, in inferiore non, apice lobulato-praemorsa. Spadix inter graciliores vel potius graciles, major visus fructifer, cujus pars ramosa 42 cm longa, ramis circ. 24, inferioribus longe dissitis, pedunculi fragmentum $\frac{1}{2}$ m superans visum, specimen nanum ejusdem palmae omnino 60 cm tantum longum, quorum pedunculus, ut videtur, fere completus, 40 cm longus, ramis 12 inferne nonnihil distantibus, hujus speciminis spatha superior 47 cm longa, inermis, glabrata, tenuis, angusta. Pedunculi visi leviter, decidue fusco-furfuracei, aculeis atris paucis, parvis praediti et setis atris, haud densis, deciduis. Rami maximi visi, apicibus destructis, 35 cm circ. longi, rigidi, rectilineares, inferne, ad fructuum insertiones, levissime flexuosi, totam longitudinem secus pilis brevibus, setosis, brunneis dense vel densissime obtekti. Florum glomeruli (ex fructibus et insertionibus) in ramis inferioribus partem aliquantam in spira laxa occupantes, in eorum parte superiore et in ramis superioribus flores ♂ plerumque solitarii. Flores ♂ omnino deflorati, aperti ramis adpressi visi majusculi, humiles. Petala late ovata, apice obtusa. Filamenta brevina. Antherae parvae suborbiculato-ovales. Fructus nondum plane maturi ovales, cum perianthio 12 mm alti, 10 mm fere lati. Sepala late rotundata. Petala in parte inferiore connata, in superiore valvata, triangularia. Cupula staminodialis margine obscure dentata. Fructus

sclerosomatibus nonnihil prominenter lineolato-gibbosi, aculeis vel setis tamen carentes.

Peru: Tal des Pozuzo, eines Nebenflusses des Palcazu, Depart. und Prov. Huanuco, geographische Breite $9^{\circ} 50'$ — 10° südlich. Immergrüner Buschwald, 1700 m. Stämmchen bis 1 m lang, schief, in den jüngeren Teilen mit langen, schwarzbraunen Stacheln besetzt (mit jungen Früchten 20. Juli 1913 — A. WEBERBAUER n. 6775).

Vergleiche die Bemerkungen zu *A. gracilis*.

14. *Aiphanes gracilis* Burret nov. spec. — Caudex usque 0,5 m altus, ut frondis rhachis et spadicis pars inferior aculeatus. Petiolus usque ad basin circ. 30 cm longus, pro rata sat tenuis, setis brevibus, nigris dense praeditus et aculeis nigris numerosis, parvis et majoribus, usque 4,5 cm fere longis armatus. Lamina usque 95 cm longa, segmentis 17—20 utrinsecus, valde irregulariter, per greges, spatiis longis interjectis dispositis. Rhachis in parte inferiore tantum aculeis robustioribus et tenuioribus armata, undique tamen nigro-vel atrobrunneo-leprosa et setulis minutis, nigris sat dense praedita. Segmenta omnia inter rigidiora, longitudinem secus in nervis plicata, i. s. utrinque viridia, subglauca, subtus vix pallidiora, supra inermia et glabra, margine nigro-setulosa, subtus aculeis carentia, sed setis parvis, nigris, numerosis praedita, gracilia, apicalia ambo sequentibus subaequalia, raro paulo majora, saepe, ut videtur, etiam angustiora, usque 14 cm circ. longa, irregulariter lobulato-praemorsa, reliqua in margine superiore tantum caudato-producta, ceterum denticulato-lobulato-praemorsa. Segmenta circ. in dimidia rhachi inserta maxima, in costa media circ. 15 cm, in margine superiore angustissime producto 3—5 cm circ. longa, ad 3,5 cm circ. lata, segmenta superiora latitudine decrescentia. Spadix gracilis, maximus visus circ. 1,30 m longus, alii, ut videtur, minores. Spathae longae, angustae, tenues, subglabratae, inermes. Pedunculus inferne vix aculeatus, aculeis fere setiformibus, ceterum setulis paucis. Spadicis pars ramosa circ. 60 cm longa, in specimine alio minor. Rami circ. 12—15, valde inter se dissiti, graciles, setulis minutis, perpaucis, inferiores longe stipati, nudi, floribus carentes, infimi ad 10 cm, dein spatium modicum secus glomerulis florem ♀ et ♂ 1 vel 2 gerentibus, ubi mox incrassantes, superne floribus ♂ 2 vel solitariis. Flores ♂ parvi, latiores quam alti, apice rotundati. Sepala tenuia, oblonga. Petala latissime ovata, apice rotundata vel obtusa, longitudinaliter nervosa. Stamina 6. Filamenta brevia. Antherae parvae, suborbiculatae. Pistillodium minute, obscure 3-gibbosum. Flores ♀: Sepala latissime rotundata. Petala basi connata, superne